

5747 apud Maceratam novam in Piceno Helviae Ricinae col. CYRIACVS (Med.) similiterque LIL. IVC. ALC. 127 SANVT. AP. 152. Ex me apud Maceretum exacta tempestate compertum CYR. (ad Venierium). In Piceno ad cathedralem beati Iuliani aedem IDEM (Pandulf.), similiterque FERR. In provincia Picena compertum per K. Ancho. apud Ricinates MARCANOVA (Bern.) similiterque COMPILATORES CYRIACANORVM PLERIQVE. In S. Maria in via RED. 2, quod non intellego. *Fu portata nella chiesa catedrale di Macerata et a di nostri tolta dalla chiesa e locata nella casa di Ioan Bapt. Compagnoni* LIGOR. (Taur. 15). *Conservossi sin da primi fondamenti della chiesa matrice di S. Giuliano di Macerata, e dall' antica Biblioteca dell' Avvocato Gio. Battista Compagnoni, all' autore avo paterno, riallocata al destro lato dell' altra di Traiano* [n. 5746] COMPAGNONI (1661). In porticu palatii sub gymnasiis MACCI. In piazza BARB. Adhuc in curia parieti immissa. — 'In muro dirupto vetustate iuxta Potentiam fluvium non longe a Ricinate oppido, quod vulgo Recanetum appellant, ab Elio Pertinace imp. Ro. aedificatum' FELIC. (ad vv. duos ultimos seorsum propositos). Recanati in Piceno PANVIN. (ms.). Geminat titulum, priori praescribens 'in Helvia Ricina', posteriori 'in Ancona in San Ciriaco', LIGORIVS (Taur. 9).

i m p . c a e s a r i
 d i u i m . a n t o n i n i
 p i i g e r m . s a r m . f
 d i u i c o m m o d i f r a t r i
 5 d i u i a n t o n i n i p i i n e p .
 d i u i h a d r i a n i p r o n e p .
 d i u i t r a i a n i p a r t h i c i . A B N E P .
 d i u i n e r u a e a d N E P O T I .
 l . s e p t i m i o s e u e R O . P I O .
 10 p e r t i n a c i a u G V S T O .
 a r a b i c o a d i a B E N C O .
 p a r t h i c o M A X I M O . P . M .
 t r i b u n i c . P O T E S T . X I I I . p . C . 205
 i m p . x i C O S . I I I . P . P .
 15 C o l o n i a H E L V I A R I C I N A
 C o n d i T O R I S V O

Recognovi. Cyriacus in epistula data ad Iacobum [non Iohannem] Venieri Recanatensem archiepiscopum Ragusanum (quo munere is functus est ab a. 1440—1460, v. Farlati Illyr. sacr. 6, 160) ex cod. Vat. nescio quo apud Mabillonium mus. Ital. (ed. 1724) 1, 42, a quo pendent Calcagnius Rec. p. 12 et Mehus Kyr. itin. p. 52. Item inter epigrammata quae Cyriacus misit Francisco Philelpho cod. Med. 80, 22. Item in libro Pandulfiniano f. 77' (inde Borghini f. 117). Habent item expilatores Cyriacorum, quorum in hoc titulo auctorem Cyriacum nominant hi: Marcanova Bern. n. 298, Mut. f. 102'; Felicianus f. 105; Ferrarinus cod. Reg. f. 145; Redianus f. 101'; Gudianus 253 f. 27'; Peutinger 526 f. 121'; Apianus p. 151, 4; Pingonius f. 203; non nominant Cyriacum Bononius cod. Ottob. 2967 f. 73'; cod. Altemps. Chis.

f. 12; Iucundus Ver. f. 161; Lilius f. 78; Sanutus Ver. f. 132'; Alciatus Feae f. 26'. 127'; Cholera f. 72'; Apianus f. 152, 3. Non ex Cyriaco videtur pendere Redianus f. 2. Habent deinde Nic. Peranzoni de laud. Piceni c. a. 1524 apud Coluccium 25, 79; Leander Albertus descr. dell' Italia f. 252; Waelscapple ms. f. 105; Smetius ed. 56, 7 exscriptam a Dionysio Harduino (inde Grut. 265, 5); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 25, fast. ad a. 960; Metellus cod. Vat. 6040 f. 15; Ligorius cod. Taur. 9 s. v. Helvia col. Ricinate et 15 s. v. Ricinensi; Pighius cod. Ber. f. 190; Angelita orig. di Recanati (1604) f. 6'; Civalli visita triennale apud Coluccium 25, 55; Macci ms. 2 f. 1; cod. Barb. 30, 92 f. 120; Scaramuccia Ricinia p. 22; Compagnoni Reggia Picena p. 54; Calcagni Recanati (1711) p. 11; F. M. Raffaelli apud Calogera 32 (1769) p. 30; Colucci 3, 186; Marini ms. qui vidit. Orelli 915 cum adn. Henzen qui vidit.

Titulus constat tribus partibus, quarum duae supra datae vetustae sunt, recens autem tertia quae haec est:

IMP · CAESARI · L · VERI · AVG · F ·
 DIVI · PII · NEP · DIVI · HADRIANI · PRON ·
 DIVI · TRAIANI · PARTH
 DIVI · NERVAE · AD
 5 L · SEPTIMIO · SEVE
 PERTINACI · AVC
 ARABICO · ADIA
 sic PARTHICO · A
 TRIBVNIC ·
 10 IMP · XI · C
 COLONIA · F
 CONDI

Nam supplementa haec esse postea adiecta lapidi fracto certissimis indicibus deprehenditur in litteris dimidiatis, ut 3 in PARTH fracta hasta non expletur, item littera C 10 in COS, 11 in COLONIA, 12 in CON-

DITORI, littera H 11 in HELVIA cernuntur ita factae, ut pars antiqua non conveniat cum recenti. Accedit error PARTHICO v. 8. Deinde quae adiecta sunt etsi scripturam antiquam in universum affabre imitantur, non desunt litterae parum recte figuratae. Differt item superficies partis antiquae recentisque. Denique ipsa supplementa ita comparata sunt, ut mirum sit ea adhuc tolerari potuisse; nam Severum nemo ignorat non fuisse L. Veri filium (explicationem temptavit Marinus Arv. p. 410 n. 90), versusque duo primi aperte eo consilio scripti sunt, ut formulis omissis litterisque coartatis quae deficerent quam minimo fieri posset sumptu aliquatenus redintegrarentur. Adsunt autem supplementa haec in apographis quae extant omnibus, nec quisquam ad hunc usque diem de iis dubitavit. Itaque aut Cyriaco antiquiora sunt aut ab ipso et excogitata et ad lapidem adiecta; nam vix et ne vix quidem credibile est supplementa a Cyriaco profecta post ipsum lapidi incisa esse. — Ligorius Taur. 9 in priore exemplo ex L·VERI postea fecit M·AVRELI, item 2 post PII ins. ANTONINI, 3 post TRAIANI ins. GERM·DAC aliaque turbavit.

5748 Maceratae ad aedem S. Antonii monachi in foro CYR. (NEAP., PAND.). In aedibus Francisci Iardini adv. curialis ANDROTIVS et COD. MARIANVS. 'Lapis cum per mille et ultra annos fuisset conservatus apud Maceratam in ornatum altaris episcopatus, una cum alio lapide, de quo infra dicemus, fuit a genitore meo obtentus, soluta certa eleemosyna, et positus in loco eminenti domi, et post eius mortem ab uno ex haeredibus, aliis invitis, traditus D. Ioanni Antonio Victorio de Firmo, auditori tempore rmi D. Aragoniae, et ad civitatem Firmanam transportatus et positus in facie domus' IARDINVS 1595. Firmi in pariete aedium Ioh. Antonii Victorii ADAMVS. Ibidem adhuc, via Cialdini n. 20.

L · CIRPINIO · T · F · VEL ·
 PRI · P I L · ITER · PRAEF
 LEG · XXII · II · VIR · ITERVM
 QVINQ
 5 M V N I C I P E S

Recognovi. Maceratae descriptam habent Cyriacus cod. Neap. f. 22 et apud Pandulfinium f. 82' (inde Borghini p. 120); Androtius de Monticulo in supplementis quae a. 1547 adscripsit ad Apianum olim Compagnonii, hodie Corvisieri (inde Compagnoni Regg. Pic. p. 39; ex hoc Mur. 804, 9 et Colucci 3, 168); codex saec. XVI inter Mariniana cod. Vat. 9119. Claudius Iardinus edidit in responso pro communitate Lauri a. 1595 f. 7 q. n. v. (citatur Civalli apud

Coluccium 25, 57 et Compagnonius p. 43). Sine loco cod. Barb. 30, 92 f. 95. Firmi descriptam exhibent Adamus f. 13; Olivieri cod. Pis. 446 f. 4, marm. Pis. p. 147 qui vidit (inde Mur. 1107, 6); Lancellotti ms. f. 113; Raffaelli ms. qui et vidit ipse et habuit a Lancellottio; Lupi cod. Vat. 9143 p. 170 descriptam a Lesleo; Colucci 2, 142 qui vidit; Fracassetti n. 9; de Minicis iscr. n. 934. Orelli 3423.